

A Domino ferviret, comam aleret, & aquam biberet. Peperit inde ordine Anna tres filios, & duas filias, cum Heli pro ea apud Dominum intercessisset. Reg. 1. 1. & 2. Joseph. Antiq. 1. 5. c. 15.

Sic a Deo rogandi liberi, ut Anna Joachim, quae tota Deo confisa, Mariam orbis reginam saluti hominum edidit: sic ut Elisabetha Zachariae, quae etiam sterilis Joannem illum Domini nuncium genuit, qui multos filios genuit Christo, quo major nullus ex muliere natus est. Isaac pro Rebecca conjugis sua sterili Dominum oravit, à quo impetravit geminos duorum ingentium populorum auctores. Uxori Manue sterili, modestae ac pudicae feminae, Angelus Domini Samsonem ex ea nasciturum nunciavit, iudicem & liberatorem Israelis. Tales accipiunt, quae sic petunt. Verba Angelus ad Samsonis matrem sunt haec: Sterilis es, & absque liberis: quae concipies, & paries filium, cuius non tanget caput novacula: erit enim Nazareus Dei ab infantia sua, & ex matris utero, & ipse incipiet liberare Israel de manu Philistinorum. L. Vives de Christi. Fam. 1. 2.

RACHEL Laban F. Jacob Patriarchae nupta, sterilitatem suam agrè ferens, eoque magis quod soror Lia fecunda esset, marito liberos per iuridicum cepit postulare. Atque adeò Balam ancillam suam ei subiecit, quae peperit ei Dan primum, deinde Nephthaim, quos pro suis habuit & educavit. Lia similiter, cum genere defuisset, ancillam suam Zilpham Jacob in conjugium dedit, quae ei Gad & Aser peperit. Gen. 30.

THAMAR Judae natus marito orbata, cum videret Selam filium Judae adolevisse, neque forerum cum sibi jungeret, qui fratris defuncti semen excitaret: habitu meretricio in via, qua iter Thammam, sedens, Judae praeterenti sese prostituit, & arthabonis loco ab eo accepit anulum, armillam, & baculum, donec hircum ei donum mitteret. Gen. 38.

DUAE meretrices in iisdem habitabant aedibus. Cum altera filium ex injuria susceperat, alterius filium viventem suum esse dicebat. Lis Salomonis Regis sapientiae rudimento discussa fuit. 3. Reg. 3.

EZECHIAS Judaeorum Rex graviter laborans, cum ab Esaja Propheta didicisset, sibi moriendum esse, magno dolore affectus est. A Domino igitur vitae prolongationem obtinuit. 4. Reg. 20.

EX HISTORIIS PROPHANIS.

Cum Her cules Aegaeum Eleorum Regem cepisset, eundem tamen unum cum captivis Phylco Aegae F. condonodasset, & liberasset: Eleorum feminae orbaram virili robore patriam miseratæ, Palladi vota nuncuparunt, si gravidæ ad primos viatorum congressus fierent. Ejus voti damnata, Minervæ matri templum dicarunt. Et locus quidem, quo primus ille congressus marium & foeminarum factus, Bady nomen est. Flumen etiam ipsium, quod agrum praeterfluit, Bady patria voce appellatur. Paus. 1. 5.

HYRIOS Neptuni & Alcyones F. cum Dii hospitium ejus accedentes, Jupiiter, Neptunus & Mercurius, & ab illo liberaliter tractati fuissent, ut quodcumque liberet, optaret: cum adhuc sine filiis esset, filium poposcit, Urionemque five Orionem ab iis impetravit. Nat. Com. Mythol. 1. 3. cap. 13.

THESPIVS Rex Boeotiae fama rerum ab Hercule gestarum percepta, ut ex filiabus totidem praestantes robore & sapientia filios susciperet, Herculeum ad convivium invitatum ebrium fecit, ut omnes quinquaginta filias eadem nocte viaret, praeter unam, quae, ut testatur Paus. in Boeotia, perperum sibi sacerdotium potius indixit. Ferunt, singulas earum mares filios pepesisse: praeter majoris & minoris aetatis duas, quae geminos pepererunt. Fuerunt qui dixerint, singulas singulis noctibus cum Hercule concubuisse. Nat. Com. Mythol. 1. 7. c. 1.

LYRCUS Phoronei F. ducta in uxorem Ilibia Abiali Cauniorum Regis F. cum ei nulli liberi nascerentur, Dodoneum oraculum consuluit. Quod respondit, Filium geniturum eum ex ea, cui primum de templo digressus commiseretur. Ille gavisus domum ad uxorem properans, in via ad Staphylum Dionysii F. Bubasti divertit. Qui cognito oraculo amice eum excepit, neque vino oborto illam Hemitheam subiecit. Partho.

THALETA, qui unus etat ex septem, Plur. scribit metu, & quo confici parentes solent ex filiorum interitu, vel alia quavis calamitate, à nuptiis revocatum & liberorum procreatione. Verum demisso (inquit) animo atque abjecto censendus est, qui amittendi metu, rerum possessionem refugit. Cal. 1. 28. c. 18.

Solon, qui Atheniensibus leges condidit, illud per absurdum induxisse videtur, cum uxori permisit, si ad rem venerem minus idoneus viri deprehenderetur, mariti propinquos admittere. Cal. 1. 28. c. 15.

Apud Spartanos lege sancitum erat, ut senior, si forte uxor ei esset floridior, aptaque etiamnum tollendæ proli, & juvandæ patriæ, delectum ex junioribus quempiam, moribus præcipue exploratis probisque, posset ad eam admittere. Quam ubi is generoso impleset seminio, quod inde natum foret, educaret, ut conceptum natumque legitime. Quod si quis uxorium onus ut molestum gravaretur, nimisque impeditum, ingenuae tamen prolis desiderio obmollietur: tunc licebat, si quam is fecundam generosamque animadvertisset, adducto prius in ejusmodi sententiam viro, eam querendæ prolis gratia adire. Cal. 1. 18. c. 1. A. L.

Scythæ Vexoris Ægyptii armis irritati, Asiam univervam xx. annorum spatio tenuere. Postremò, uxorem legatione commotici. Huic olim præfuit Jacobus Appianus, ex Paula nobilissima femina, Martini V. Rom. Pontificis forore natus, pacificus Princeps, & à vicinis amatus. Qui cum ex conjugio virilem sobolem non susciperet, extra matrimonium heredem querens, concubinam amare cepit. Cuius cum venter intumisset, & jam patiendi propè tempus adesset, incredibili gaudio gestiens, Florentinus ac Senensis, legatos uti ad se mitteret, ac partum de sacro fonte levarent, magnis precibus invitavit. Venerè ad diem dictam legati. Mulier inter obstetricum manus diu laborans, Æthiopo tandem peperit. Quæ res ut in tantum in populo cachinnumque excitavit, ita & comparentes & lætiam Principis interrupit. Tibicen tum fortè Maurus in familia ejus etat, ex quo natum puerum credidit. Qui mox obi detectum flagitium intellexit, saluti suæ fuga consuluit. Mortuo Jacobo, Raynaldus Ursinus, vir rei militaris peritus, in ejus locum successit, non suo jure, sed conjugis, quæ Jacobus filia fuisset. An. Syl. c. 56. Europ.

Mortuo Jo: Castulonensi Rege ejus nominis ultimo, superstitis fuere Henricus & Elizabetha filii. Henricus ad procreationem impotens, & à sorore sepius audire coactus, etiam invito ipso, se post eum regnaturum: ita commotus fuit, ut Hispano cuidam juveni Beltramo Cuenæ, quem A burchehemense ducem creatar, uxorem supposuerit, ex qua etiam filium suscepit. Quæ res gravissimorum bellorum fomes extitit. Fulg. 1. 9. c. 3.

Gundo Dux Urbinae, priusquam conjugem ex Columnensi familia duceret, anxius, quoniam pacto in gente sua imperium propagaret, concubinam ex se prægnantem simulavit. Exin Bernardini Cardensis agnati sui, præclari copiarum ducis, filium, tum fortè natum, supponi pro suo nutritique iussit, Frederici nomine indito. Sed conjugio deinde contrafacto, cum filium legitimum Oddonem iussisset, conversa in eum cura, Fredericum adhuc puerum militia tradidit, in quaille ad etatem ulque virilem perseveravit. Deinde Oddone ob libidinem populari tumultu casus, vocatus à populo, Urbaniatum factus est Princeps. Clavis vir, & Castrensibus disciplinis apprime institutus, cui nec in administrandis rebus bellicis consilium, nec in capessendis periculis animus unquam desuit: nec verò factus, quam fide elator, quæ quidem vel maxime parvis, cum Franciscum Stortiam, fortunæ afflatu jam pèr desertum, constantissimè juvit, ac fovit. Indignus profectò, qui militari ludo dextrum perdidit oculum. An. Syl. c. 61. Europ.

Servorum & Familiarum.

DE ATOSA narrat Herod. illam ad bellum Græciæ inferendum Dariam maritum sollicitasse, Lacenarum, Argivarum, Atticarum, Corinthiarum denique ancillarum cupiditate incensam.

DESIDERIUM NULLUM ABSENTIUM, ET FUTURORUM BONORUM. UTRUPR.

P A T R I Æ.

Tanausius Gothorum five Scytharum Rex, qui uxoris Ægyptii Regis tributum flagrantis insolentia commotus, Asiam totam sibi exercitum fecit, uxorum precibus & miris domum cum tributis redire cogebatur. Sed etiam in ejus

A BASILIUS Macedo Imp. videndi filii Constantini mortui percupidus, Theodori Santabarini (qui se Regi filium monstratum viveat inter frondosa virgulta equo insidentem promiserat) præliis, filii spectum vidit & amplexatus est. Zonar.

Uladislavus I. Polonorum Rex Juditham, Uratislai Boemorum Regis filiam, uxorem duxerat. Quæ cum diu sterilis fuisset, admonita à Lamberto Episcopo Craconienfi, mittit oratores in Narbonensem provinciam ad monasterium divi Ægidii, ubi corpus sancti illius viri conditum erat, cum amplissimis donariis. Inducitur monachus tridui jejunium: oratur Deus, ut intuitu gratiosis servi sui Ægidii, masculinam prolem concedat piis principibus. Triduo illo revelatur per vitium seni cuidam & pio monacho, impetratum esse, quod tanto studio petitum esset. Dimittantur cum spe cæta oratores: reverti repertum Juditham gravidam: quæ postea maturo partu puerum edidit, cui Boleslav nomen inditum est. Juditha post quartum mensem à partu extremum elausit diem, femina pietati in primis & beneficentiæ dedita: quæ & ipsa facultates suas, mundumque multibrem penè omnem in usus pauperum, & ad cultum templorum viva elargita est. Cromer. 1. 5.

Plumbinum Hetruriae oppidum est, ex Populoniae ruinis edificatum. Huic olim præfuit Jacobus Appianus, ex Paula nobilissima femina, Martini V. Rom. Pontificis forore natus, pacificus Princeps, & à vicinis amatus. Qui cum ex conjugio virilem sobolem non susciperet, extra matrimonium heredem querens, concubinam amare cepit. Cuius cum venter intumisset, & jam patiendi propè tempus adesset, incredibili gaudio gestiens, Florentinus ac Senensis, legatos uti ad se mitteret, ac partum de sacro fonte levarent, magnis precibus invitavit. Venerè ad diem dictam legati. Mulier inter obstetricum manus diu laborans, Æthiopo tandem peperit. Quæ res ut in tantum in populo cachinnumque excitavit, ita & comparentes & lætiam Principis interrupit. Tibicen tum fortè Maurus in familia ejus etat, ex quo natum puerum credidit. Qui mox obi detectum flagitium intellexit, saluti suæ fuga consuluit. Mortuo Jacobo, Raynaldus Ursinus, vir rei militaris peritus, in ejus locum successit, non suo jure, sed conjugis, quæ Jacobus filia fuisset. An. Syl. c. 56. Europ.

Mortuo Jo: Castulonensi Rege ejus nominis ultimo, superstitis fuere Henricus & Elizabetha filii. Henricus ad procreationem impotens, & à sorore sepius audire coactus, etiam invito ipso, se post eum regnaturum: ita commotus fuit, ut Hispano cuidam juveni Beltramo Cuenæ, quem A burchehemense ducem creatar, uxorem supposuerit, ex qua etiam filium suscepit. Quæ res gravissimorum bellorum fomes extitit. Fulg. 1. 9. c. 3.

Gundo Dux Urbinae, priusquam conjugem ex Columnensi familia duceret, anxius, quoniam pacto in gente sua imperium propagaret, concubinam ex se prægnantem simulavit. Exin Bernardini Cardensis agnati sui, præclari copiarum ducis, filium, tum fortè natum, supponi pro suo nutritique iussit, Frederici nomine indito. Sed conjugio deinde contrafacto, cum filium legitimum Oddonem iussisset, conversa in eum cura, Fredericum adhuc puerum militia tradidit, in quaille ad etatem ulque virilem perseveravit. Deinde Oddone ob libidinem populari tumultu casus, vocatus à populo, Urbaniatum factus est Princeps. Clavis vir, & Castrensibus disciplinis apprime institutus, cui nec in administrandis rebus bellicis consilium, nec in capessendis periculis animus unquam desuit: nec verò factus, quam fide elator, quæ quidem vel maxime parvis, cum Franciscum Stortiam, fortunæ afflatu jam pèr desertum, constantissimè juvit, ac fovit. Indignus profectò, qui militari ludo dextrum perdidit oculum. An. Syl. c. 61. Europ.

Servorum & Familiarum.

DE ATOSA narrat Herod. illam ad bellum Græciæ inferendum Dariam maritum sollicitasse, Lacenarum, Argivarum, Atticarum, Corinthiarum denique ancillarum cupiditate incensam.

DESIDERIUM NULLUM ABSENTIUM, ET FUTURORUM BONORUM. UTRUPR.

P A T R I Æ.

Tanausius Gothorum five Scytharum Rex, qui uxoris Ægyptii Regis tributum flagrantis insolentia commotus, Asiam totam sibi exercitum fecit, uxorum precibus & miris domum cum tributis redire cogebatur. Sed etiam in ejus

exercitu complures, qui cum dominæ uxores, nec liberos haberent, viderentque ameniores Afiae terras, capti eorum pulchritudine, Regem orant, ut finat se ibidem sedes collocare, intercedente Serino Medorum Rege. Sed cum cæteri eorum separationem ægris ferrent, convitio profecti abeunt, eos Parthos sua lingua vocarunt, hoc est, transfugas, vel timidos, quod partium fugissent, & Parthicum regnum fundassent. Regi igitur Medorum Serino Tanausius principatum omnium gentium à se devictarum liberalissima donatione concessit, contentus gloria premio. Jo. Magn. 1. 1. c. 25.

CONDOLENTIÆ AMICORUM.

ENNIUS mortem suam minime lugeri vult. Inquit enim: Nemo me lachrymis decoret, neque fovera a fletu.

Faxit. Cur? Volito namque per ora virum. Neque enim putat lugendam mortem, quam consequitur immortalitas. Cic. 1. 1.

A U D I T I O N I S.

AGESILAUS Rex Spartanorum, cum invitaretur ad audiendum eum, qui vocem lucinae referebat: Ipsam, inquit, audivi frequenter. Plur.

Absentes accufare. Quere Accufatio. Absentia iactura. Quere Dux. Absentia cognoscere. Quere Magia.

Absolutio.

* DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

ABSOLUTIO dupliciter sumitur: vel pro rei inchoatæ perfectione, Gr. τέρσιον, Hebr. Seph, finis: vel pro liberatione, Hebr. bit dik, Gr. ἀπόδοσις. De hac posteriore significatione hic agimus: forte vocabulum est, condemnationi oppositum. Illi enim dicuntur absolvi, qui coram iudicibus pertracti, causâ cognita dimittuntur, justificantur, accusationum, legum, obligationum variarum vinculis solvuntur.

Coram hominibus Absolutio illa dupliciter consideratur: G vel respectu Absolventis, vel respectu Absoluti. Agens absolvi inducitur, vel pretio, & inter avaros locum meretur: vel gratia & amore, & ad amicitiam pertinet: vel aequitate, & iusti appellationem subit. Patiens verò absolviur: primò quidem à crimine, de quo fuerat accusatus: secundario autem à pœna tum animi, tum corporis. (à quo supplicio) tum fortuna, à multa.

Coram Deo, est liberatio à peccatis seu reatu, ab ira Dei, pœnis æternis, denique tum à Satana, tum à conscientia accusatione. Hæc fit in terra & in caelis, eo modo quem Theologi prolixè declarant, ex illis Domini verbis, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Joan. 20.

ABSOLUTIO PROBORUM

INSONTUM.

Cum quinquaginta Danai filiae patruales suos, Ægyptii filios, prima nuptiarum nocte interemissent, Hypermetram Danaus in iudicium vocavit, quòd una ex omni filiarum numero Lynceum maritum conservando, patris imperata facere neglexisset. Nam qui ex Lyncei salute periculo care non posse putaret, ab ea, quæ mandatum facinus uti foret non perperasset, insigni se notatum infamia interpretabatur. At Argivorum illa sententia in vico, qui ex illo iudicio Criterius fuit dictus, contra patrem quantumvis Regem absolutam, in ejus iudicii memoriam Venerem Nicophontem dictam, quæ victoriam præfert, Argis dedicavit, in templo Apollinis Lycii & Dianæ: insuper Suedelæ ad eum erexit. Paus. in Corin.

Themistocles, dum profugus viveret cum Xerxe Persarum Rege, à Mandane Regis forore, filiaque Darii, qui Magos deleverat, ejus duo filii in prælio ad Salaminem duce Themistocle obierant, accusatus est. Petebat, ne Xerxes orbitem suam despiceret: ne nunc inultos filios suos fineret, quando sevisissimum hostem, à quo interfecti essent, in manu sua & potestate haberet. Cum multitudinem concitata Themistocles deposceretur, Xerxes Principibus Persarum iudicium reliquit: quod illi re cognita judicasset, id se fieri permittitur. Ita sedato tumultu, dies longior instruendæ atque ordinandæ accusationi præstituta est. Quo intervallo cum Themistocles linguam Persicam didicisset, ita pro se

Ae se dixit apud Satrapas, ut quod hostiliter fecerat, tutando patriam, atque propellendo injuriam, jure naturae fecisse videretur; itaque omnium etiam sententias absolutus est. *Diod. Sicul. l. 11.*

Post communem omnium Graecorum in Asiam cum Cyro minore factam expeditionem, eorumque reditum in patriam; Xenophon inter reliquos duces accusatus est, quod nonnulli milites ipse manu sua, neque jussu exercitus, pulsasset, caecidisset. Falsus autem istud liberè, multos à se caesos, quos carneret ut se ignaviae dederet, aut ordines deserere, aut manum sine jussu conferere, iudicio Graecorum absolutus fuit. *Ærod. ex Xenoph. l. 5. de Cyri expeditione.*

Byzantium prodiderant Alcibiadi Anaxilaus & Lycurgus. Qui cum post apud Lacedaemonios urbe recuperata, causam dicerent; fertur Anaxilaus constanter affirmasse, nihil à se turpe factum, quod patriam fame ad interitum affectam servare voluisset: Lacedaemoniorum exemplum secutus, quibus semper maximè cura fuit, quacunque ratione liceret, civitatem servare. Quo tempestivo adagio omnis invidia est ab Anaxilao discussa. *Sub. l. 9. Enn. 3.*

B C. Cælius iudex abolvit injuriarum eum, qui Lucilium poetam in scena nominatim læserat. Exstimavit enim, inter eos, quibus propria maledicentia & invidia est, hanc nominationem non ad injuriam, sed ad æmulationem pertinere: denique, qui solitus est maledicere, ut idem de se dicatur prius, jure tolerare posse.

Lex erat, ut qui civium Atheniensium Megara se ad exules contulissent, quibus nullum eum civibus commercium esse placuerat, is capitale esset. Ed Polyuctus Cythandias faciebatur se prosequens, ut Nicolem, cui mater sua nupta esset, videret, consolaretur; quare à senatu Areopagico iudicatus erat. Sed populus Atheniensis æqui & boni, humaniorisque juris rationem habuit, eumque abolvit. *Ærod. ex Demosth. contra Demoph.*

Cum Laurentum legati Romam venissent, expositulum de Tatio Regis amicum & familiarium latrocinii, abigatur, furis, omnique injuriarum genere: est dedendos noxios esse Romulus exstimabat, gratia tamen & potentia Tatio factum est, ut nullo æquo jure impetrato discederet. Idem in quos expositulum advenissent, eos abeuntes trucidantur. Ideoque missa tum à Laurentibus altera legatione, cum noxios is Romulus dedisset, hos persecutus Tatio vi reduxerat, ac nonnullos sibi repugnantes occiderat. Cujus facti indignatione cum paulo post Rex ipse Tatio à Laurentibus per insidias necatus esset, Romulus & de Romanis, qui Laurentum legatos violassent, & de Laurentibus, qui in Tatio conspirassent, ipse in iudicio amplissimè cognoscens, tandem ita pronuntiavit: Placere Romanis, qui jus gentium violassent, aqua & igni interdici. Laurentes, quia violenta violentis uli essent, eamque justissimam, & ante omnia naturæ convenientem facti excusationem afferre videbantur, crimine abolvit. En quanti est summum Regem ac Principem, à quo iustitia, auxiliumque expectari debeat, hanc subditis suis denegare velle. *Ærod. ex Dion. Halicar. l. 2.*

Cum legem ferre vellet ad populum Licilius Tribunus plebis, Consulens Senatuique rogaverat, ut eam primo quosque die decernerent; sed moras trahebant Consules, neque ut de ea referretur, Senatui convocabant: ergo misit apparitorem, qui Consules cogeret. Contrà, à Consulibus Dper alium suum viatorem, Tribunitius ille viator remotus est. Idem Tribunitius laesum se esse dicere: hanc injuriam officiali suo factam, sibi esse factam videri, se sacrosanctum & inviolabilem esse: ipse in sua in persona viatoris summooveatur, nihil interfecti: itaque Consulium licetoremprehendit, ducit ad fores Tribunus, de capite postulat. Sed causa cognita, licitori Consulibus magistratque suo paruisse, sine fraude fuit, hancque placuit dimitti oportere. *P. Ærod. ex Dion. Halicar. l. 10.*

Cum A. Hostilius Mancinus, ædilis curulis, Manillam sive Manualiam meretricem ad populum accusasset, quod nocte prætereuntis ejus ades laxum in ipsis caput demississet, vulnibus ad faciendam acceptæ injuriæ fidem ostendisset, Manilia autem tribunos appellasset, dicens: Mancinum post cenam tempus plus æquo potum, ad ades suas accessisse, ut ingredere: & quia non admittetur, fores evertere molientem, faxis à foribus esse repulsum: Tribuni, majori iustitiæ, quam dignitatis, ac magistratus Mancini, aut etiam quam Maniliæ turpis vite habita ratione, iudicant, ædilemque ab eo loco depulsum fuisse, quem ad-

re ipsi honestè non licebat: & præterea, ne Mancinus Manillam apud populum accusaret, intercesserunt. *Gell. l. 4. c. 14.*

In exercitu C. Marii, bello Cimbrico, fororis filius profecturam C. Lusius habebat (Val. Max. Clusius legit, sed malè, l. 6. c. 1. uti alius est Lucius) impotenti amore ardebat adolescentulorum. Hic adolescentis ex cohorte sua nomine Trebonii (Val. Max. habet Cælii Plocii) amore flagrabat: quem cum frequenter appellasset de stupro, non potiebatur voto. Postremò accertius nocte per ministrum Crebonius venit: neque enim vocato non parere licebat. Introductus ad eum in tabernaculum, vim adhibentem stricto gladio confodit. Hoc absente actum fuerat Mario. Reversus, Trebonium ad causam dicendam citavit. Qui cum multis accusantibus, defendente se nemine, ipse impetritorio vultu exposuisset rem, & testes edidisset, lapsius attentantem repulisse se Lusium, nec voluisse mercede adductum ulla pudore profuturè, miratus Marius, factum comprobavit id: coronamque, quæ conferti virtutis causa solebat, adferri iussit, caque Trebonium donavit: quod pulcherrimum actum articulo, quo maxime foret bonis exemplis opus, edidisset. Id Romam nunciatum, in primis Mario tertium consulatum consecit, simul etiam quia in eunte vere adventus Barbarorum in expectatione erat. *Plut. in Mario.*

Posthumia Vestalis. *Vide infra §. 4. quo crimine.*

HERODES Antipatri Judææ præfecti F. xv. annorum Galilææ præfectus, latronum duce Ezechia cæso, magnum sibi nomen comparavit. Id ægrè ferentes Judæi, Hircano Regi persuadent, uti ad causam dicendam Herodem vocaret, accusantibus eum latronum, quos indicia causa occiderat, matribus. Herodes armata manu ad iudicium venit. Ibi omnibus metu silentibus, Sameus Pharisæus, vir pius & iustus, exurgens, Herodem imprimis reprehendit, quod armatus in iudicium venisset, non tam rationibus, quam armis sese defendens: deinde verò Regem ipsum Hircanum & Judæorum lenatores, qui tantam licentiam Antipatro ejusque filiis permisissent, & non obcuram ad regnum occupandum viam dedissent. Prædixit inter fore, ut ab hoc iplo reo, quem nunc abolverent, miris modis torquerentur. Id quod non multo post accidit, quoniam Herodes, iudicii hujus invidia, contra Hircanum arma movit, & à Senatu Rom. Rex appellatus, omnes eos, qui ei iudicio interfuerant, trucidavit: soli Sameo, propter libertatem dicendi, pepercit, simul etiam quod auctor fuerat Hierosolymitanis Herodem recipienti, cum propter populi peccata hæc divinitus accidere afferret. *Ioseph. l. 14. c. 18.*

Judæorum Cyrenensium, Alexandrinorum & Romanensium principes (inter quos & Iosephus fuit historicus clarissimus) à Jonathan Sciariorum principe Verisus accusati fuerat, quasi participes motus seditiosis. Verum Cypriano iudice absoluti, Jonathan vivus Roma exultus. *Ioseph. l. 7.*

Zacharias Hierosolymitanus, civis locuples, bello Judæico, à Zelotis, qui optimum quemque necabant, in carcere conclusus est, talo proditionis crimine intentato coram xxx. iudicibus, quos illi delegerant, ut iudicio, non armis occisus videretur. At iudices audita Zachariæ defensione, eum abolverunt. Zelotæ id indignè ferentes, Zachariam in medio templo interfecerunt, iudices ipsos strictis gladiis è templo pellunt, quod simulationem dæi sibi potestatis non intellexissent. *Ioseph. l. 5. c. 1. bell. Jud.*

Pro Aurelio Romulo conductore vectigalium, centum annua Petronius Thalus & alii fidejufferunt. Bona Romuli sicut occupaverat, ut obligata sibi, & conveniebant fidejutores tam in sortem, quam in utrasque; hi verò deprecabantur. Lecta subscriptione fidejussionis, quoniam in sola centum annua se obligaverant, non in omnem conductioem, detexit Imperator fidejutores in utras non teneti; nam non debere imputari fidejussoribus, quod debitor veluti ex pena sua debet. Sed quicquid ex bonis Romuli fuit redactum, prius in utras cedere, reliquum in sortem: & ita in id quod fuisset, fidejussores conveniendi, exemplo pignorum à creditore distractorum, cui in optione est, in quam causam sibi solvat, in utraque prius, an in sortem. *P. Ærodus, ex Julio Paulo lib. 3. Decret. de fidejussor.*

Cum quis probaretur in servitute patris sui natus, sed matre quidem libera: eum cum, quod minus Decurio fieret, prohibuerant. Inaque re delata ad Severum Imper. licet id præterea dicerent municipes se fecisse, quò spuris arcendo à numeribus & honoribus, parentes legitimas sequi nuptias, continentisque esse, hac qua unusquisque est erga suos

Apietate & sollicitudine cogentur: præterea & quod minus sortidum id ordini futurum esse existimassent. Nihilominus quia filio innocenti, patris delictum poena esse, ejusque dignitatem impediri, qui nihil admittit, durius quodammodo atque inhumanius est, pronuntiavit: Qui sit ex libera muliere procreatus, hunc si te & vita honesta est, non prohiberi, quin in sua civitate Decurio fiat. Nam & onus cum dignitate conjunctum esse: ut si per hujus privationem quasi poena aliqua plebitur, in illo certe ob immunitatem præmio beneficiorum affici videatur: est enim immunitas privilegium, non poena. Denique non semper quid tam decorum & honestum, quam quid utile sit, considerandum. *P. Ærod. ex Paulo 13. Decret.*

Gallia Rex, Carolus VIII. Surtii memorabili iudicio, Jureconsultum Surtinum, qui prætoricum Gallum equitem contumelia læcessit occiderat, è vinculis causam dicentem, quamquam irato frementeque exercitu abolvit. *Inv. l. 22. hifior.*

ANDREAS Hungariae Rex, Hierosolymitana expeditione suscepta, Bancbanum regno profecto, Gertrudum reginam illius fidei commendat. Reginae frater, qui consolandi causa ex Germania venerat, Bancbanum uxorem pudicissimam, reginae indulgentia corripit. Illa violatæ pudicitiae magiore facinus omne marito indicit. Bancbanus venia uxori concessa, Gertrudum incautum gladio confodit, & recta Constantinopolim pervolat, Andream Regi lenocinium reginae, sitaque vindictam dedit: illius iudicio salutem suam committit. Qui Rex: Si res ita est, ut ais, in regnum mox redito, inquit: delegatum munus pro solita fide gerito: & quoniam sanctam hanc expeditionem nullo capitali iudicio interpellari fas est, quom rediero in Hungariam, te iudicabo. Illi dicitis, hominem dimisit, ipse trajiciendas copias in Asiam curavit. Domum ex Palaestina reversus, intellecta uxoris culpa, in exemplum servandæ pudicitiae, eam jure cælam judicavit. Reus supremi sententia iudicis absolutus est. *Bonfin. l. 7. det. 2.*

Nicolas Caponius, Reipub. Florentine post ejectione Mediceos Dictator, Jacobo Gerardi turbulenti civis calumniam in capitis delictum adductus, quasi cum Clemente VII. Pap. & Carolo V. Imp. contra Remp. conspirasset: dignitateque privatus, cum fereno vultu causam dixisset, eo modo liberis suffragis iudicium est factum, ut magno assensu eundem se sententia abolveretur. Movebat enim populorum viri gravitas majestas, acrioribus calumniis circumventis: magnoque ejus diu spectata virtutis & integritatis argumento curia excedentem, omnes optatissimos ordines domum deduxerunt, tanta frequentia, ut quum ad patrem domus limen, trans Arnum agendis gratis substitisset, novissimi agminis gravior & honoratior, præ turba, ad curie limen adhuc hæretet: & multi ex his qui eum damnatum voluerant, astuta dissimulatione comitantibus admiserentur, instatque magni triumphi æque frequentia pompa inextincto lachrymis gaudio, Caponii gentes & propinqui probe ejus maximè laetarentur. *Inv. l. 27. Hifior.*

QUI ABSOLUTI FUERINT.

DAMASUS Pontifex adulterii accusatus, multa cum indiguitate, & personæ, quam sustinebat, fuggillatione, coactus est, in publico xxv. antitulum conveniens adulterii causam dicere. Sed criminis incompetus abolvitur. Concor-dius & Callistus, qui eam calumniam intenderant, damnati sunt, & ab Ecclesia reiecti. *Sub. l. 8. En. 7. Sigebert.*

PRÆLAGUS Pap. accusatus de morte Vigilius Pape, tenens sancta Evangelia & crucem, jurejurando publice satisfecit. *Sigebert. in Chron.*

Sextus III. Pontifex Romanus, qui vixit Valentini III. Imp. temporibus, accusatus à Basilio quodam in synodo quinquaginta septem Episcoporum, ita causam dixit, ut protinus abolveretur, & accusator pro calumnia damnaretur exilio. *Cramz. in Metrop. l. 2.*

Henricus II. Angliae Regis oratores ad Alex. III. missi, Regem suum purgant, quod falsò diceretur in necem B. Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis conjurasse. Pontifex, eum non facile oratoribus Regis crederet, in Angliam duos Cardinales cum summa potestate misit, qui rem ipsam diligenter inspicerent. Quibus Rex, omisso Hybetico bello, quo erat implicatus, honoris causa apud Normanniam occurrit: reque discussa, ad hoc ventum est, ut Henricus, juramento adhibito, cum non satis de facto constaret, sese purgave-

rit, promiserunt se penitentiam pro necè sanctissimi viri B. acurum: cuius est fuisse insons atque insecus, occasione tamen præstitisse sit visus, quod viventem simulatè & odio persecutus sit. Additur præterea, ut cc. milites Hierosolymam mitteret, qui suis auspiciis, suaque impensa per annum contra Saracenos dimicarent: utque ipse triennio, cum quanto posset exercitu, contra Barbaros bellum gereret, libertatem Ecclesiasticam in suo regno tueretur, appellationibus ad curiam Romanam factis non adverteretur. His rebus jurejurando confirmatis, regni Anglici titulum in se atque in heredes suos transferri meruit, Pontifice annuente. Hinc porro observatum est, ut omnes Anglici Reges à Rom. Pap. regni jura recognoscant. *Platina.*

Duces bellici.

EPAMINONDAS Thebanus missus primò à suis, ut opem ferret Arcadibus Messeniisque adversus Lacedaemonios, deinde ex medio itinere ad causam dicendam dilaudandam accusationem evocatus, cum non paruisset, domum reserliciter gesta revertitur, capitis cum suis Tribunis ac præfectis F accusatus est. Sed tandem cum merita ipsius erga Remp. longè hanc inobedientiam excessisse viderentur, jus æquo & bono, lex gratiæ & honesto cessit, & ipse à suis civibus capite puniendus absolutus fuit. *Ærod. ex Xenoph. l. 7. rer. Grec. Cicero. l. 1. de Invent. Appiano in Syriaco, & Probo in Epaminonda.*

Orontes dux, bello adversus Evagoram Cyprici Regem a Teribazi polemarchi gloria invidens, clam eum apud Ataxerxem Regem perfidia accusavit. Rex silem calumniis istis adhibens, Oronti commisit, uti captum ad se mitteret Teribazum. Et ad Regem ducto constituti fueret tres iudices ex spectatissimis inter Perfas: eo ipso tempore, quo alii quidam iudices ob injustam, quam tulerant, sententiam comprehensi, cute vivis detracta, gravissimam penam luerant: quibus cutibus circum sublellata expansis iudices eis incidentes sententias dicebant, ut recens semper ante oculos supplicii exemplum haberent eorum, qui injustè judicassent. Actores itaque lecta, quæ missa ab Oronte fuerat, epistola, satis causæ accusationis esse ajebant. Teribazus verò ad omnia accuratè respondit: sed & in fine defensionis G sua in Regem merita commemoravit, ita ut concordi iudicis sententia ab omni criminis culpa liber dimissus fuerit. Rex verò ad se iudicibus vocatis, singulos interrogavit, quo quisque iustitiam titulo reum iudicio absolvisset. Ibi primus, quod vidisset, ajebat, crimina ei intentata dubia, benefacta verò ejus nota omnibus esse. Secundus respondebat: Et si quaedam, quorum infimulabatur, crimina vera essent, benefactorum tamen ejus multitudo peccata venia est. Tertius denique dicebat, se non benefacta ejus hoc quidem loco respexisse (honores namque multiplices à Rege Teribazum ob id consecutum esse) sed quòd criminibus illis seorsim inspectis non videretur noxios esse. Quibus auditis Rex iudices, ut qui iustè judicassent, laudavit: Teribazum maximis honoribus decoravit: Orontem extrema ignominia affectis. *Diod. l. 15.*

Sp. Servilius & A. Virginius Consules pugnaverant adversus Etruricos, sed ancipiti admodum & cruentissima victoria. Inaque Servilio L. Seditius, & T. Statius, tribuni plebis, diem ad populum dixerunt. Eum magis temerè, quam prudenter, ad vallum hostium accessisse. Dolo, an H imperitia imprudentiæ exercitum in periculum deduxerit, perinde esse. Porro quæ crasior sit ignorantia, quam legatione populi Rom. in manifestum ac non necessarium periculum adducere? Si medico imperitia criminum vertitur, quantò magis Imperatori? At in ambobus capitalis incertia est. Pro Servio dicebatur, victis hostibus, cum accusati, nihil aliud esse, quam quòd eos vicerit, accusati, si si nisi cum plurimum interitu acciderit, multum salus prædempta ga. deos Imperatores habere neminem: neque imperia hoc pacto, hac lege & conditione deserti, accipi, ut omnes hostes superentur, nulli militum amittantur. Res magnas semper emi periculis. Sapè minoribus copiis adversus majores iniita prælia. Multos præterea vicios cum pudore & calamitate rediisse, quorum nemo infortunio penas dederit; satis enim iustam penam esse, non laudari, nec præmio affici. Jam res non ex eventu, sed ex consilio metiendas. Præterita reprehendere, facile, & cuiusvis hominis: res verò pulchras aggredi, difficile esse, & paucorum hominum. Alios signa projecisse in confertos hostes, ut se-

Agnibus & timidis miliribus necessariò constaret animus, acritusque idem pugnantem, ne signa deseruisse viderentur; alios, pontes à tergo positos destruxisse, ut omni, quam in armis, salutis adempta expectatione, audacia cresceret. Magna detrimenta Recipublicæ afferri, si de fortuna Imperatores, ut de crimine, postulantur: nihil auctores eos amplius, ac summas plerumque occasiones amissuros. Omnem isto modo vim Imperii dissolvi. Igitur omnibus populi suffragiis absolutus est: neque reum ulla tribus condemnavit. *Ærod. 1. ex Dion. Halic. l. 9. & Livio dec. 1. 2.*

CN. MANLIUS contradicentibus decem legatis, in crimen negligentie adductus, acta per se causa in senatu, crimine absolutus, de Gallogrecis magnificè triumphavit. *Alex. ab Alex. l. 6. c. 3.*

M. MARCELLO quartum consule subornaverunt Syracusanos inimici ejus, ut Romam venirent accusatum eum, questumque apud Senatam, contra fœdus indigna se & hostilia passos. Erat fortè in Capitolio Marcellus, ubi sacra faciebat, cum Senatam nondum dimissum supplices rogaverunt Syracusani, ut dicendi sibi potestatem & postulandi faceret. Marcellus surgens de sella, transiit ut privatus eum in locum, ubi dicere causam solent rei, facultatemque Syracusanis sui accusandi dedit. Illi quamvis vehementer consernati majestate ejus & confidentia, animati tamen ab amulsi Marcelli, insisterunt accusationem. Cui Marcellus respondit. Finitis orationibus, ac Syracusanis de more curia ejectionis, Marcellus reliquit ad rogandas sententias collegam, simulque cum illis tempore excessit, & expectavit pro valvis curiæ, nec metu ex accusatione, nec odio in Syracusanos de gradu suo motus, sed exitum causæ perquam operiens civiliter & modestè. Perrogatis sententiis, & senatusconsulto secundum Marcellum facto, projecterunt se ad genua ejus Syracusani cum lacrymis, obsecrantes, ut veniam daret presentibus sibi, movereturque miseria reliquæ civitatis, gratam eam memoremque benefactorum fore. Ira lenitus Marcellus, & cum his rediit in gratiam, & ceteros Syracusanos in fidem & clientelam recepit. Libertatem quam iis reddiderat, ipsorumque leges ac res, quæ reliquæ erant, comprobavit Senatus. Quorum causa cum alios honores decreverunt Marcello Syracusani, tum legemulerunt: si quando in Sicilia venisset Marcellus posterive ejus, ut coronati sacra diis Syracusani facerent. *Plut. in Marcell.*

C. PUBLICUS Bibulus Trib. pleb. M. Marcellum circa Caninusum contra Annibalem pugnantem, apud populum criminatus est, ut ei imperium abrogaretur: Quando Marcellus, inquit, paulliper in bello exercitatus, quasi ex palestra ad calida balnea, corporis curandi causa, se recepit. His Marcellus nunciatis, præfecit castris legatos, Romamque ad diluenda crimina contendit. Er offendit jam instructam sibi ex illis calumnias accusationem. Stata die in circo Flaminio, quem in locum populus convenerat, accusavit eum ex superiore loco Bibulus. Respondit Marcellus, fucincta ulus & simplici oratione. Ubi finem dicendi fecere, tantum sessellit iudicii spes accusatorem, ut non solum abolveretur à criminibus Marcellus, verum etiam quintum consul crearetur, jam sexagenarius. *Plut. in Marcell.*

M. SYLLANUS consul adversus Cimbro malè rem gerens, à Domitiano tribuno pleb. accusatus est. Dicebat enim eum injusti populi cum Cimbris bellum gessisse: idque fuisse principium calamitatum, quæ postea evenissent. Sed plenissime absolutus est, licet duæ eum tribus Sergia & Quirina damnassent. *Axon. Pedian.*

PHILIPPUS Scabotus, Gallia Amiralus, vir summæ dignitatis, in suspicionem vocatus apud Regem Franciscum I. ob non bene administratum bellum Sabaudicum: quum diu multumque esset in ipsius vitam inquisitum, damnatus fuit repetendum, & læsæ majestatis, & privatus honoribus quos habebat amplissimos: ablata quoque spe restitutionis, in carcerem ductus est Vicennium, non procul à Lutetia. Tuli hanc sententiam Meloduni Gulielmus Pojeztus, Gallia Cancellarius, evocatus ad hoc iudicium totius Gallia viris primariis & senatoribus jureconsultis. Et quamquam firmissimæ solent esse, quæ sic feruntur, sententiæ, & prorsus inviolabiles: tamen auctoritate Regis non multo post fuit absolutus, partim odio Conestabilis, sicut creditur, partim intercessione Stapania domina, quæ recentifuerat Amiralio conjuncta necessitudine per affinitatem, anno 1541. Quinctiam, ne quid ei vel ipsius liberis aliquando fraudi esset, scripto rem omnem comprehendi jussit, & bonis, honoribus atque famæ ipsam restituit, eique mul-

tam aureorum ad septingenta millia remisit, & has literas, E rum Lutetia, tum aliis in locis, in acta publica referri jussit. *Sleidan. l. 14. Chron.*

Mortis.

D. Jo. Chrysof. in exilio innotuit est. Ceterum quam vivus non poterat, mortuus innocentie opinionem consecutus fuit, ejus memoria publico consensu precibus Ecclesiasticis inserta. *Egnat. l. 8. c. 1. Exemp.*

COMES quidam Germanus de attentata Imperatricis pudicitia falsò accusatus, ab Othone III. Imp. supplicio affectus fuerat. Uxor comitis, viri sui innocentiam gestatione ferri candentis probavit. Miraculo detecta fraude, Imperatrix etiam igni cremata fuit. Comes ipse innocens declaratus. *Cranz. l. 4. c. 22. Sax.*

QUOTIES.

ARISTOPHON apud Athenienses gloriari solebat, quòd quum nonagies quinquies esset vocatus in jus, semper tamen absolutus fuerit. *Æschin. contra Demost.*

M. CATO censorius plus quadragies in jus vocatus fuisse memoratur, semper iudicium absolutus sententiis. *Eras. in Adag.*

A QUO CRIMINE.

Stupri, Incestus, Adulterii.

POSTHUMIA Vestalis de incesto causam dixit. Elegantiore cultus & longè amoenior, quam Vestalem deceret, invidie illi fuit. Eam ampliatam Pontifices pro collegio absolverunt. Iusta est à Pontifice maximo abstinere joci, & ut sanctè potius quam scire se coleret. *Sab. l. 6. Enn. 3.*

Mulier quidam multo auro corupta à Janne Scalis, à Methodio Episcopo de esse stupratam, querebatur. Statim ergo terribile iudicium ex civilibus, & saceratis hominibus cogitur. Producta in medium ab excusatoribus muliercula, ex composito iudicibus rem narrat. Judices, & præcipuè Manuulus, aulæ magister, tristi vultu adsident, indignè ferentes, unius hominis culpa cœtum piorum in periculum ludibrii venire. Methodius nihil multitudinem reveritus, in conspectu omnium pudenda nudavit, emarida, omni-que naturali vi privata: simul etiam narravit, se, cum Romæ degeret, missum eò ad Papam, ob intentata Nicephoro sanctissimo Patriarchæ crimina, vexatum fuisse à carnis studio malo genio: ardentemque ea cupiditate, ac tantum non ei succumbentem, à Petro Apostolorum principe multis precibus contendisse, ut ei libidine ista liberaret. Hunc nodu adstittisse, ac virilia sua manu dextra tangentem combussisse, simulque dixisse, nihil esse, quod sibi in posterum ab ista metueret concupiscentia. Se, ob vehementem dolorem somno excussum, talem repertum esse, qualem ipsi viderent. *Cedren. Zonaras.*

MACEDONIUS Episcopus Constantinopolitanus orthodoxus, cum ab adolescentulis quibusdam (Anastasio Imper. Manicheo eos subornante) de stupro accusatus esset, sublati in iudicio vestibus, se virilibus carere ostendit. *Ennag. l. 3. c. 13.*

GELORIA Hispania Regina, adulterii crimine liberata fuit, falsa accusatione filiorum per confessionem detecta. *Marinicus.*

Parricidii.

ORESTES miraculo iusti Egisthum adulterum cum matre Clytemnestra, in vindictam paternæ cadis, interfecerat. Menelao multa adversus Orestem moliente, placuit cunctis, Orestem super eo facinore causam dicere apud Atheniensem Areopagitas. Dicta causa, absolvi. Erigone, ex Egistho & Clytemnestra edita, victa dolore, laqueo interiit. Menesthus liberatum Orestem à parricidii crimine, purgatamque more patrio cunctis remediis, quæ ad oblivionem hujusmodi facinoris adhiberi solita erant, Mycenæ remisit, ibique regnum ei concessit. Reconciliatione facta, Hermonion Menelaei F. duxit. *Dilky. l. 6.*

M. HORATIUS interfectæ sororis Horatiæ, Curiatum sponsam ab eo in singulari certamine trucidatum lugentis, crimine à Julio Hostilio Rege damnatus, ad populum provocato iudicio absolutus est: quorum alterum atrocitas nectis movit, alterum causa flexit: quia immaturum virginis amorem severè magis, quam impiè, punitum existimabat. *Val. l. 8. c. 1.*

Apud

A. Apud M. Populum Lenatum Quæstorem, parricidii quædam, quòd matrem fuisse percussam interemisisset, accusata est. Sed cum abundè constaret, eam veneno necato- rum liberorum dolore commotam, quos avia filia infensa sustulerat, parricidium parricidio vindicasse: pronunciatum est, ream videri neque damnari neque absolvi posse; alterum enim ultione dignum, alterum ab absolute indignum esse. *P. Ærod. ex Valer. Max. lib. 8. cap. 1.*

FABRICIANUS, cum adhuc in cunis esset, per sororem à matris crudelitate servatus fuit, quæ cum Peironio adulterabat, & ob eam rem, cum Valentinum virum sustulisset, filium quoque occidere querebat. Sed cum is postea adolevisset, matrem cum adultero se miscerent occidit: crimine neque occise matris accusatus, Senatus decreto absolutus est, quòd eum justus dolor & causa ad perdendam matrem impulsisse videbatur. *Fulg. l. 8. cap. 1.*

Fœtus suppositi.

Cum Romæ Matrona post mortem mariti xlii. se mensibus uterum gestasse diceret, & hæres lege cum ea ageret, quòd ix. tantum vel x. mensium fœtus legitimus esset: L. Papyrius prætor bonorum possessionem contra hæredem dedit, cum nullum certum tempus partendi statutum ei videretur. *Plin. lib. 7. Hist. Nat. Ex Maffurjo Gell. lib. 3. c. 15.*

QUA OCCASIONE. ABSOLUTI OB

Accusatoris ipsius Inconsiderantiam.

C. Decianus spectate integritatis vir, cum P. Furium inquinatissimæ vitæ pro Rostri accusaret, quia quadam in parte actionis de morte L. Saturnini queri ausus fuerat, nec reum damnavit, & insuper ei pœnas adjectas pependit. *Val. lib. 8. cap. 1.*

Crudelitatem.

Q. FLAVIUS à C. Valerio Edile apud populum Romanum reus actus, cum jam quatuordecim tribuum suffragiis damnatus esset, proclamavit se innocentem opprimi. Cui cum Valerius aequè clara voce respondisset, nihil sua interesse, C. consensit innoxius periret, dummodo periret: hac sola occasione a reliquis tribubus absolutus est. Certo enim iudicio & animi dolore, non impetu; ac propensa in Remp. voluntate, non cæca iracundia, quemlibet ad accusandum accedere oportere: reique malitia fretum, non opibus, potentia, gratia & auctoritate, ad alterius circumveniendam innocentiam. *P. Ærod. ex Val. Max. lib. 8. c. 1.*

P. GABINUS, in maximo infamiae suæ ardore suffragiis populi C. Memmio accusatore subiectus, abrupte esse ipse videtur: quoniam & accusatio partes suas plenè exhibebat, & defensionis prædicia invalida die nitebantur: & qui iudicabant, ira perciti, penam hominis cupidè expectabant. Interea filius Gabini Sienna, ad pedes se Memmii prostravit. Què truci vultu à se victor insolens repulsum, excussio è manu annulo, humi jacere aliquandiu passus est. Quod spectaculum fecit, ut Lælius vultus plebis, approbantibus cunctis, Gabinium dimitti juberet: ac documentum daretur, neque secundarum rerum proventu insolenter abuti, neque adversis propter debilitari oportere. *Val. lib. 8. c. 1.*

Cum adils curulis Cæsar à senatu dissentiret, ac quosdam impulsisset, ut C. Rabirio diem dicerent, qui olim cum senatu Saturnini seditionis civis vim compellerat, in iudicium D numero Cæsarem esse contigit. Itaque is Rabirium adeò acerbè ac propter damnavit, ut cum Rabirius postea populum appellasset, nulla re ad obtinendam abolutionem magis quam ob Cæsaris acerbitatem adutus fuerit. *Fulg. l. 8. c. 1.*

Impudentiam.

C. COSCONIUS Servilla lege (cujus de pudicitia caput aliquod fuisse interpretor) reus, & sine ulla dubitatione nocens: tamen cum Valerio Valentini accusatoris sui recitasset in iudicio carmen, quo puerum præteritatum, & ingeniam virginem à se corruptam poetico joco significaverat: itaque iudices existimaverunt, eum victorem dimittere, qui palmam non ex alio ferre, sed de se dare merebatur. Magis ergo Valerius in Cosconii abolutione damnatus, quam Cosconius in causa sua liberatus est. *P. Ærodus ex Val. Max. lib. 8. cap. 1.*

Potentiam.

CN. CORNELIUS majestatis reus, Q. Metello, L. Lucullo, L. B. Thent. vite Humana. Tom. 1.

Q. Hortensio, M. Lepido, P. Clodius incesti & facilegii accusatus, M. Tullio Cicerone testimonium dicentibus, absolutus fuit: ne vel testium vel accusatorum amplitudo magis, quam obiectum crimen causæ nocuisse videretur. *Val. Max. lib. 8. cap. 5.*

P. Scipio Emilianus, L. Cottam apud populum accusavit. Cujus causâ quamvis gravissimis criminibus erat confossa, septies ampliata, ad ultimum octavo iudicio absoluta est: quia homines verebantur, ne præcipue accusatoris amplitudini damnatio ejus donata existimaretur. Quos hæc secum locuros crediderim: Nolumus caput alterius petentem, in iudicium triumphos & trophæa, spoliisque ac devictarum navium rostra deferre: terribilis sit is adversus hostem: civis verò salutem tanto fulgore gloriæ subnixus ne insequatur. *Val. lib. 8. c. 1. & Cic. pro Murena.*

Apud C. Orchinium Prætozem locus ab iudicibus Fausto Syllæ de pecuniis residuis non est constitutus: non quòd illi aut exlegem esse Syllam, aut causam pecunie publicæ contemptam atque abjectam putarent: sed quòd accusante Quintio Tribuno pl. conditione æqua disceptari posse non arbitrabantur. *P. Ærod. ex Cic. pro A. Cluentio.*

Testis producti

Vanitatem.

ARCHELAUM, Regem Cappadocia, accessum Tiberius, quasi res novas moliretur, tradidit Senatu, ut de eo cognosceret: hominem non solum summa senectute, sed etiam podagra doloribus confectum. Fuisse autem Archelaus ultimo affectus supplicio, nisi testis, qui contra ipsum productus fuerat, asseruisset, eum dixisse, se Tiberio ostensurum, postquam domum redisset, quales sibi nervi essent. Quæ re tam magnus risus est excitatus, eò quòd ille non solum stare non poterat, sed ne sedere quidem, ut Tiberius de eo amplius inquiri noluerit. *Dion. Niceus lib. 7.*

Defensoris & Patroni vel

Eloquentiam.

Consule Tit. Eloquentia usus. Item Tit. Causidicorum. Prudentiam. Ex Tit. Prudentia in vita aliorum defendenda in foro, huc quadam. Integritatem.

ATTILIVM Calatinum, Soranorum oppidi proditione reum admodum infamem, imminetis damnationis periculo Q. Maximi soceri pauca verba subtraxerunt: quibus affirmavit, si in eo crimine fontem illum ipse compertisset, dirempturum se fuisse affinitatem. Continud enim populus penè jam exploratam sententiam suam unius iudicio concessit: indignum ratus, ejus testimonium non credere, cui difficultis Recip. temporibus benè se exercitus credidisse meminerat. *Val. Max. l. 8. c. 1.*

locum.

Apud Aeginetas lex erat, ut si quis Athenienses Aeginam venisset, capitale esset. Huc quum esset deductus Plato, ut venundaretur, capitis postulatus est à Carmenio, quilegem eam tulerat. Sed tempestivo cussidam joco liberatus est, dicens, legem habere, Si quis homo: at hunc esse philosophum. *Laertius lib. 3.*

Rei. Propter Accusati

Innocentiam.

Vide Tit. Iusti absoluti. Taciturnitatem.

Ex Tit. Tormentorum tolerantia, huc quadam. ARETAPHILE fuit uxor Nicocratis Cyrenensium tyranni: Quæ iniquo animo ferens patriam à marito oppressam, consilium inierat ejus de medio tollendi. Quo crimine ad Calviam matrem socrumque delato, quum sepe tormentis etiam socrus ipsa veritatem exquireret, nunquam tamen aliquid falsa est. Quare marito restituta, eoque veneno sublato, libertati patriæ tandem consuluit. *Plut. in Mulierum virti.*

Securitatem.

Cum parricidii causam duo fratres Cælii dicerent, splendido Terracina loco nati, quorum pater Titius Cælius in cubiculo quiescens, filius altero cubantibus lecto, erat interemptus; neque aut servus quisquam, aut liber inveniretur, ad quem suspicio cadis pertineret: hoc uno nomine absoluti sunt, quia iudicibus planum factum est, illos aperto ostio inventos esse dormientes. Somnus innoxie securitatis certissimus index, miseris opem tulit. Iudicatum est enim, rerum naturam non recipere, ut occiso patre, supra vulnera & cruorem ejus quietem capere poterint. *Valerius lib. 8. c. 1.*

B. Elo.

A Ex hoc mos servatus apud Didonem, viros solis responsa date Bacotius. Strab. l. 9.

P. SEMPRONIUS GRACCHUS, P. Scipionem de accepta ab Antiocho Rege pecunia accusatum a duobus Petiliis Trib. plebis, non solum priusquam redisset, accusari non passurum, sed & ubi venerit, si se appellasset, auxilio futurum, propter eum in temp. merita, professus est. Itaque Graccho a Senatu gratia acta, quod Remp. privatis simultatibus potiorum habuisset. Livius Dec. 4. lib. 8.

L. Scipio Asiaticus a C. Graccho Trib. pleb. quamvis hoste, ne in carcerem ob peculatus crimen a collega duceretur, liberatus fuit. Gell. l. 7. c. 19. & Auctor. v. Africani.

L. OMNIUS, cujus consilium C. Gracchus cum tribus millibus oppressus est, a Q. Decio Trib. pl. accusatus est, quod in demnati cives ab eo in vincula coniecti necatique essent, qui cum Graccho & Fulvio Flacco fuissent. Carcerum qui sub populi iudicio casurus putabatur, seu optimationi factione admittente, seu quia factum probaretur, praeter omnium opinionem absolutus est populi suffragio. Sab. l. 1. En. 6.

Rhetoribus. Vide Tit. Causidicorum.

Orator quidam Aristippum Socraticum reum defendit in iudicio, vicitque litem. Is cum vellet artem suam praeferebat philosophiae, diceret: Quid tibi profuit Socrates, Aristippei Hoc, inquit, quod oratio, quam pro me dixisti, vera fuit. Defenderat ut virum bonum & innocentem. Ut autem talis esset, qualis ab oratore praedicabatur, Socrates praefiterat, a quo philosophiam didicerat. Orator non id efficit, ut quis sit vir bonus: sed ut talis videatur iudicibus, etiam si non sit. Praestantius igitur est, quod praefat philosophus, quam quod orator. Cuidam opprobrianti, quod in propria causa oratore conductio fuisset usus: Nil mirum, inquit: & cenam apparatus, coquam conduco. Alter videri volebat, ob hoc oratorem praestantiorum philosopho, quod eius operam conducet, ille retrorsim in diversum: innuens, inferiorem esse, qui conducitur. Laert. lib. 2.

QUOMODO ABSOLVERINT. Absoluti.

Et tempore, quo Athenienses facti maris domini insularum causas in civitatem traduxerunt, quidam Hegemonis Thasi Comiti poete accusationem scripserat. Hegemon autem artifices Dionysiacos congregans, cum illis accessit ad Alcibiadem auxilium petiturus. Is leto esse animo eum adhortatus, omnesque sequi iubens, in Dea Phrygiae facellum venit, ubi causam oravit descriptiones. Tum digiti salvia madefaciens, Hegemonis causam delavit. Quod cum scitibus & princeps graviter ferrent, tacuerunt ob Alcibiadem, eo praeterea fugiente, qui causam scripserat. Athen. lib. 9. cap. 26.

Dolo. Vide Tit. Absus in condemnatione effugiende. Suffragio.

Duobus calculis olim suffragium tulerunt Graeci, atris aut perulis lapillis longaque linea condemnantes, albis aut non foratis (καρπες vocat Aeschines, Lucian. Anipor. An. l. 3. καρπες) brevique linea absolventes. Qui si forte fortuna fuissent aequales, tamen liberabatur reus, eulque rei causam Aristotel. reddidit in problematis.

Iure. Extitit, Instorum Iudicium, huc exempla quadam Absolutiois pertinent.

Injuria. Vide Tit. Injuri Iudices, Intercessione Precibus aliorum.

CAROLUS NAVARRAE Rex, Joannis Francorum Regis gener, cetero per insidias Carolo Hispano, equitum magistro, Regi acceptissimo, ad dicendam causam evocatus, compaetere noluit, nisi Ludovico Andium Comite Regis F. obfide accepto. Causa cognita, capitis damnatus, ritum reginarum Joannarum intercessione absolutus. Recepto Ludovico filio, Carolus Joannem filium Normanniae Ducem dedit: ad quem cum ejus gentis proceres officii causa Rotomagum sine metu suspitioneque convenissent, Joannes Rex cum delectis profectus Lutetia, provolanique, Navarrum Joannemque Haricuriam et mensae luxu, ut cum Delphino adventita cena festi discubuerant, abstrahendos curavit. Extemplo Joannes Haricuria, ut consiliorum focus, securi percussus. Navarrus in custodia Lutetiam missus, & tandem Joanne ab Anglis capto, populo carere effringente libera-

tus, magnarum seditionum auctor, cum gravitatem tributorum Navarrenses non ferrent, incendio assumptus est, fraude suorum confiato, an fortuito, ann. 1387. Amil. lib. 9.

MUNERE, OFFICIO QUOLIBETCUNQUE gravi & molesto.

IN GENERE. VACATIO MUNERUM quotumvis.

Civica corona apud Rom. semel donato vacatio omnium munerum erat, patrique & avo paterno. Plin. l. 16. c. 4.

SPECIE. LIBERTAS SIVE Vacatio a

Suffragandi munere.

ROMANI, cum in quintum gradum pervenerant, atque habebant lx. annos, tum denique erant publicis negotiis liberi atque otiosi. Ideo in proverbium quidam putant venisse, quod suffragium non ferant, quod per pontem ferebatur. Varro lib. 2. de vit. a pop. R. Tull. orat. pro Roscio, T. Roscio Capitone in crimen obicit, quod contra morem majorem minorem lx. ann. de ponte deiecerit: non intelligens pontes proprie ita appellatos, quibus scilicet fluvii aliores transeunt, sed qui ob similitudinem eodem nomine vocarentur, Romae fieri soliti essent, ut illac multitudo in campum penetraret. Vitorius lib. 18. var. lect. c. 7. Hec sententia magis probatur Sifinio Capitone apud Festum Pompejum, quam vulgata illa, qua putant, post urbem a Gallis liberatam, ob cibatus inopiam sexagenarios in Tiberim de ponte deici coeptos. Ovid. de Fastis.

Pars putat, ut juvenes ferrent suffragia soli, Pontibus infernos precipitasse senes.

Unde & Depontati dicuntur senes, jam velut emeriti, & a civilibus negotiis in otium remissi. Erasim. in Chibiac. Juramento.

Apud Rom. Flamini Diali jurare minime licebat, eo quod tormenti quoddam genus sit homini libero jurjurandum, G praesertim sacerdoti, cui quom divina credita sint, parvam habere fidem, absurdum censetur. Polyb. lib. 4. c. 14. de rerum Invent. Praetoris Rom. edictum perpetuum erat: Sacerdotem Vestalem & Flaminem Dialem in omni mea jurisdictione jurare non coram. Gell. l. 10. cap. 15.

Militia. Beneficarii dicebantur Milites Rom. qui vacabant muneris beneficio. E contrario Munifices vocabantur, qui non vacabant, sed munus Reip. faciebant. Festus lib. 2. Si quis litaeitarum uxorem deponisset, neque duxisset, immunitas erat a militia. Deut. 20. Moyses lege edixit, si quis uxorem novam duxisset, ne militaret, ullive alteri muneri obnoxius esset; sed immunitas domi maneret annum unum, & cum ducta uxore letaretur. Deut. 24.

Alcmaon Amphiarai filius, una cum Diomede reliquit, que Epigonis sulcepto contra Thebanos praelio, reque benegesta, cum Diomede societatem inivit, & cum illo de Oenei hostibus ultionem sumpfit. Cumque illis Aetoliam tradidisset, ipse Acarnaniam invasit. Eo tempore Agamemnon Argivos aggressus, Diomedes factionem facile superavit. Paulo post cum adversus Ilium incidisset expeditio, veritus, ne Diomedes domum repetens proprium vendicaret imperium, Diomedem spe capessendi Argos, in belli societatem acuit. Diomedes obsecutus, in militiam partem accessit, indignè id ferente Alcmaone. Quamobrem soli Acarnanans in nullam cum reliquis Graecis Trojanae militiae partem vegere. Multo post tempore Acarnanes Romanis persuasere, ut libertatem, & suum vivendi morem retinerent, asserentes, solos esse adversus Trojanos eorum majores & generis auctores nullam militiam forem subsisse. Nec enim in Aetolorum conspitatione, auxiliilique dinumerandis, neque eorum per se memorantur, nec omnino istud ipsum nomen in Homericis catalogo reperitur. Ephyros apud Strab. lib. 10.

ALALCOMENI Bacoti vetustum templum Minervae habet, eximia veneratione cultum, ibique deam natam esse ajunt, sicut & Argis Junonem. Proinde poeta utramque per eam patrias nominatum protulit, inquit: In Catalogo nullam horum mentionem fecit quod

A quod veluti sacrae urbes ab Trojana expeditione immunes forent. Hec civitas ab omni populatione tuta permanisset, cum nec ampla esset, nec loco satis vallato septa, sed in plano jaceret. Incolae vero cum diem pietate placantes, ab omni violentia & injuria reddebantur illasi. Adeo ut Thebani belligerantibus adversus eos Epigonis, urbem relinquere coacti, ad illos confugisse dicantur. Str. l. 9.

PISA Elisidis, Olympiis ludis nobilis. Quidam idcirco Pisacos Trojano non interfuisset bello tradunt, neque in Catalogo navium ab Homero recenseri, quia Jovi consecrati censerentur. Str. l. 8.

Fufis ad Plateas Perfis, advocata concione communi Graecorum, rogationem tulit Aristides, ut descriptio fieret inter Graecos ad bellum cum Perfis gerendum decem millium clypeatorum, mille equitum, navium centum, Plateenses sacrosancti essent, immunetque ad sacra Deo pro Graecia faciendae relinquere. Plut. in Aristide.

Cum Paeus esset in Italia, minuitque juveniter haberent Romani duces, unde scriberent milites, Colonos maritimos milites dicit, ac subvenire communi periculo cogebant. His quia sacrosanctam vacationem habere se allegabant, dies certa edicta est, ut quo quique jure vacationem haberet, ad Senatorem deferret. Ea die venerunt Hostiensis, Antias, Auxuras, Minturnensis, Sinuessanus, & a supero mari Senensis. At cum unusquique populus vacationes suas recitaret, quas idem quidem sacrosanctas esse nuncupatas apparebat, quod maritimus in urfionibus, oraque Italiae perpetuo intentas colonias, nefas esset alio evocare, aliique muneribus onerare: aut ita certe fidem eis populo Romano fallere licere, quomodo antea sua privilegia violaret: nullius tamen, cum in Italia hostis esset, praeter Aruntius Hostiensisque vacationem observari placuit: erantque coloniarum juniorum nomina dare jurejurando adacti sunt. P. Arod. ex Livio l. 7. dec. 3.

Mos fuit Equitibus Rom. ubi legitimum tempus stipendiorum expleverunt, ut equum in forum ad cenos adducerent, enumeratique singulis ducibus & imperatoribus, sub quibus meruerunt, ac reddita militaria ratione, peterent vacationem. Ibi & honos habebatur & ignominia pro cuiusque vita acta. Sedebant pro tribunali magna gravitate cenos C. Gellius & Catulus, & transvehabant equites. Cn. Pompejus autem (qui jam bis triumphaverat, & consul erat cum M. Craffo) conspiciebatur superne in forum descendens. Erat alius quidem magistratus insignibus ornatus, sed equum manu trahebat. Ut prope accessit & cognitus est, ligtoribus viam sibi facere iussit, equum admovit Rostris. Stetit populus stupore & silentio defixus. Censores vero ex ea specie simul verecundia & gaudium occupaverunt. Inde major natu interrogavit eum: Quero ex te, Magne Pompei, equid omnia stipendia impleveris? Cui Pompejus alta voce: Omnia implevi, inquit, & meipso imperatore. Quod audiens populus, conclamavit: neque sedati praeterea clamor poterat: sed confluentes cenos domum eum deduxerunt, populo prosequenti & applaudenti gratificantes. Plur. in Pompejo.

Carolus Magnus in quodam decreto Vormaciae factio vetat, ne amplius Episcopi in militia proficiscantur: neque teneantur alios pro se mittere, quod haecentis in usi fuerat. Hospitio.

Privilegium Vestgothi habent, ne Rex Svecorum eos accedat. Io. Magnus. l. 19. c. 15.

Cura, Tutela. ILLENSIBUS, & propter inclytam nobilitatem civitatis, & propter conjunctionem originis Romanae, jam antiquitus & Senatui consulti & constitutionibus principum plenissima immunitas tributa est, ut etiam tutela executionem habeant, scilicet eorum pupillorum, qui illesens non sunt: idque D. Pius reitipit. L. non caritum, §. Nientis, de excusat. Gladiatorio munere.

Antiquitus Gladiatores, quibus permissum erat a gladiatorio munere cessare, rude donati dicebantur. Ea cessatio dabatur virga, quam rudem appellabant: unde hoc modo dimissi rudari vocantur. Proinde quicumque a munere quovis in otium restituerunt, vel ob aetatem, vel ob imbecillitatem, rudem accepisse dicuntur. Erasim. in Adag. Ministerio domestico.

Sub Salomone Rege nullus Israelitarum serviebat, cum Rex Chananaeos subegisset, & ex iis ad agrum colendum delegisset, quibus quingentes & quinquaginta magistris praefecit. 3. Reg. 9. & Josephus lib. 8. Antiqu. c. 6. L. B. Theat. vita Himm. Tom. 1.

INDIA prorsum servitutis experta est: nemo enim ibi vel indigena, vel externus servitutum servit. De Lacedaemoniis, si Helotas modo eximeret, idipsum quoque narratur. Celius lib. 18. c. 31. A. L.

Romani Sabinas rapuerunt. Ex federe deinde cautum, ne viro Romano uxor vel moleret vel coqueret. Pl. in q. Rom. Funeris deducione.

Israelitarum Sacerdotes funeribus contaminari non licebat, ne Regum quidem suorum & principum, nisi consanguinitate proximi essent, aut certe virgo quaedam in nupta proxima. Levit. 21.

Flamen Dialis apud Rom. locum, in quo bustum est, non ingrediebatur, neque mortuum attingebat. Funus tamen exequi licebat. Gell. lib. 10. c. 15.

AERE ALIENO. DEBITA REMISSA.

Vide infra locum de Aere alieno. Liberalitatis haec quoque sunt in Aere alieno obnoxii summa est. Huc confer Tit. Bona acquisita debitorum remissione. Nunc Acquisiti boni, hic Sublati mali consideratio instituitur. CONVITIO, MALEDICTIO.

Vespasianus non oportere maledici Senatori Rom. maledici autem jus esse, respondit. Svet.

ILLUVIONE, INUNDATIONE. Christiani Latini, duce Joanne Brenno Hierosolymorum Rege, Damiatam Aegypti urbem munitiss. obsidebant. Eteus adyersissimus ventis vehementiss. flantibus, exortaque etiam praeter locorum genium, & caeli & maris Iessivima tempestate, usque adeo Nilus intrumit, ut ripas supergressus, omnia operiret, commeatuque corrumperet. Id non rerum natura, fluminis vi (quod non eo tempore anni inflati consueverit), sed ita Numinis factum rati, ad obsecrationes, jejuniisque in triduum a Legato Aepholico indictum veris quarto die misit eunte caelo, marique exfervente, ac cogente se intra ripas flumine, ut inintum, ita finem metus Deo Opt. Max. acceptum retuleret. Amil. l. 6.

ABSOLUTIO A PECCATIS. Quere Confessio.

Abstemii.

Vide infra Abstinentia, Alimentum, Caro, Sobrietas, Vinum.

Abstenti.

Apud D. Cyprianum vocantur Excommunicati, eo quod ab iis abstineri debeamus. Privat enim Excommunicatio communione Sacramentorum & hominum. Require Tit. Excommunicatio, &c.

Abstinentia.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

ABSTINENTIA quam incoctas, & Sigeon appellant Graeci, proprie significat alimentorum subtractionem, quae sit major quam postulat per se ratio temperantiae. Alioquin sumitur a S. Thom. 2. 2. q. 146. pro integra virtute temperantiae circa cibos, & definitur virtus cupiditates & delectationes esculentorum inordinatas refragens, & in usu ipso debita moderationem constituens; quae quidem moderatio talis fuerit, si valetudini & officii mentis congruit. Unde D. Aug. l. 10. Confess. c. 31. Hoc me docuisti, ut sicut medicamenta, ita & alimenta sumptus accedam. Ethici generalius abstinentiam sumunt pro refragatione cupiditatum, & ab omnibus illicitis cessatione.

Graeci autem abstinentiam a cibus vocant, ad vocula privativa ab, & sigeon, quod significat firmum esse, eo quod abstinentia hominem reddat imbecillum & minus firmum. Unde fortassis Latini abstinentes dixerunt, quasi parum roboris aut firmitatis tenentes. Quomodo vocant Abstentios, qui Temeto, id est, vino non utuntur.

Abstinentia est, quae edendi horam non praevient, ut fecit Jonathas in favo mellisino lautiora quirit edere, ut Israelita B 3 in

A in deserto: non accuratius parare, ut filii Eli in Sila: non ad superfluitatem, ut Sodomitæ: non vile quodlibet, ut Eïan edulium in fame concupivit. Greg. in hom. Encomia. & varias virtutes ac effectus Abstinentia, vide in Loco de Tejnio & infra, Abstinentia fructus. Item ex Loco de Sobrietate, Castigatione corporis, Vino, &c.

ALIMENTORUM ABSTINENTIA.

Alimentum hic tanquam bonum corporis, ejusdemque Abstinentiam veluti accidens consideramus. Quam ipsam respectu Habitus sub loco Temperantia quoque perpendemus, circa subjectum Alimentum versantis.

SUBJECTUM ABSTINERE IN

GENERE ab

Alimento, sive semper, sive aliquandiu.

B Plinius Natur. hist. lib. 7. ad extremos India fines ab Oriente, circa Gangis fontem, esse Astomorum gentem prodit, sine ore, roto hirtam corpore, que frondium vesitiarum lamina, vivatque halitu tantum & odore, quem naribus trahat: nullum illis cibum, nullum esse potum: tantum radicum solumque odores varios sylvestrium malorum, que secum portant longiore itinere, ne desit olfactus, graviore paulo odore hand difficulter exanimati. Horum etiam Strabo ex Onecritio mentionem facit lib. 15. Cel. lib. 14. cap. 21. A. L.

ABARUS Scythia, Scuthi F. legatus Athenas veniens, ad suos Hyperboreos redit, nil comedens. Herodot.

Timonis in Cilicia AVIAM (sive nutricem) tradidit memoriam Aristoteles delitescere solitam quoque anno spatium bimestris: quam nulla re alia quam spiratione vivere deprehenderunt. Plur. 1.8. quæst. convival. 9.

Olympiodorus Platonius interpres Aristotelis scripsit, Aristotelis, qui rem vidit, testimonio, fuisse HOMINEM, qui donec vixit, neque manducavit unquam, neque dormivit. Cæterum in sole mandando alimentum accepit. His in Phædone per similia Plato conscribit. Cel. 1.24. c. 21. A. L.

Augustinus, cum Casulano rescriberet, affirmavit, temporibus suis QUEMAM quadraginta diebus sine cibo vixisse. ALIUM quoque Petrarca ponit, Venetiis idem fecisse, à multique ejus rei experimentum fuisse factum. Fulgofus lib. 1. cap. 2.

In Tullensi territorio, villa Commerciano, PUELLA duodennis, post sacram Communionem in Paschate à sacerdote suscepcam, primum per decem menses pane, deinde omni cibo & potu per triennium abstinuit, & post ad communem hominum vitam rediit. Anno Dom. 823. Siegh. in Chron. Regino lib. 2. Alii ad annum Domini 1322. referunt, ut Fulgofus lib. 1. cap. 6.

Memorable, quod in recentiore observatum historia est, fuisse QUEMAM, qui biennio continuo nil prorsum vel comederit, vel biberit. Probabiliora faciunt hæc, quod de Animalibus septimo Alberus Magnus scriptum reliquit, fuisse FEMINAM Coloniam in Germania sub Friderico II. que sine cibo dies quandoque viginti transmiserit, sæpe verò & triginta. VIRUM quoque melancholicum se vidisse testatur, qui sine cibo septem perseveravit hebdomadas, alternis tantum diebus aqua exhorberent. Visam quoque in Hispania PUELLAM gravissimè produnt auctores, que comederet nihil, ac haustu tantum aquæ vitam confoveret, & annum jam ageret secundum ac vigesimum. Cel. 1.13. c. 24. A. L.

PERUSA PALUMBA Interamensis, annos nata viginti, sumpta sacra hostia, nullo alio sumpto cibo septem annos vixit. Id quod Innocentius VIII. Pontifex requisita diligenter inspexit. Ful. lib. 1. c. 2.

Eugenio IV. Pap. Gallus quidam nomine JACOBUS, in aula Romana amanuensis, gravi valetudine affectus, cum in patriam redisset, Hierosolymitanam peregrinationem voluit. Inde Romam, Nicolao V. Pont. reversus, nec bibere nec esse unquam inventus est, jureque jurando affirmavit, se jam biennium ita vixisse. Ful. 1.1. c. 2.

Refert Albertus, se vidisse melancholicum QUEMAM, qui cum diebus penè quinquaginta à cibo abstinuit, solo aqua potu interius singulis aut alteris diebus contentus erat. Cardanus de rer. var. 1.8. c. 43.

Anno Salutis 1460. NICOLAUS Helvetius Undervaldensis,

post susceptos ex conjugè quinque liberos, cum haud longè E à pago solitariam ageret vitam, peracto xv. anno sine ullo potu ac cibo decessit: veraque inventa fuerunt, que prædicebat futura: viraque prorsus austerà fidem faciebat, nihil ab eo de cibi ac potus abstinentia fingi. Et tamen Constantiensis Episcopus, in cuius diocesi agebat, profectus ad eum ipsum locum, ubi Nicolaus erat, diligenter rem perquisivit, inventaque palam literis mandavit. Qui ut ea de re certior fieret, sub obedientiæ imperio recusantem parum cibi sumere coegit: ob quam rem triduum graviter stomachi dolore laboravit, id quod ipse vereretur, antè monuerat. Nec verò Episcopo illi tantum, verum multis quoque Principibus Germanis, Gallis atque Italis, qui eò profecti sunt, res hæc explorata fuit. Nos quoque cum his locuti, qui viderunt, ac sermones unà feruerunt, rem extra ambiguum ponimus: præsertim quòd de hac cibi abstinentia diligentius quaesitum est, de qua ipse parè loquebatur. Fulg. lib. 1. c. 6.

Apud Spirenses, in villa Rhodo dicta, anno Christi 1539. puella quædam MARGARITA, patre nata Suffridò Uveis, & matre Barbara, cum jam ferè decimum ætatis sue annum attingisset, capitis & ventris dolore leviorè ad festum D. Michaelis est correpta. Cibum magis magisq; fastidire cepit. Ad Nativitatè usque Dominicam, cum adhuc comedisset, nulli planè post id tempus aut cibum assumpsit, aut per alvum excrementum egressè: à potu tamen non abhorrebat. Post Pascha etiam potum fastidire cepit, adeò ut post Pentecostes festa, ætiosissimo licet anni tempore, ne biberit quidem, aut urinam emiserit. Ferdinand. Rom. rex, ne post fraudis subsisteret, per Medicos suos explorari curavit, ut testatur Gerard. Bucoldian.

Scotus quidam melancholicus atque stultus, cum quadraginta diebus sine cibo clausus in turri Londini, jejunaasset, lac pro primo cibo atq; potu assumpsit. Card. de rer. var. 1.8. c. 43.

Sub Clemente Pont. ejus nominis septimo, vix Scortus juvenis, pilique rubes, & (ut videbatur) habitu bilioso, cum spòtè se obtulisset, diebus xi. in custodia habitus absque cibo, alioquin assuetus usque ad 20. diem, & usque ad 30. in eadem inedia perseverare, novitatis premium accepit. Card. de Subtil. lib. de Homini necessitate & forma.

LEONARDUS Pistoriensis sensim eò se traduxit, ut semel tantum in hebdomada cibum sumeret. Card. ibid.

LEONARDUS Lasonius ætatis tempore per triginta dierum G spatium à nulla re falsa abstinens non bibeat, & mingebat tamen: quòd si liberet, & præsertim in ferulorum varietate, etiam bibeat. Athen. lib. 2. c. 2.

Arist. in lib. de Ebrietate: ANDRON, inquit, Argius per omne vitæ suæ tempus firi potuque caruit, quamquam multis cibis & salis & ficcis vesceretur. Idemque ad Annonem profectus per aquæ expertem vitam, sicca farina vescens, nullum adhibuit humorem. Apollon. de Hist. mirab. Idem de MAGONE Carthaginensereferet Athen. 1.2. c. 2. ubi Andronem vocat Archonem, ex eodem Aristotele.

JULIUS Viator eques Rom. in pupillaribus annis, aqua sustèr cutem fuisse morbo, prohibitus humore à medicis, naturam fecit consuetudine, atque in senectà potu omni abstinuit. Plin. 1.7. c. 18.

Neapoli QUEMAM ex Tomacellorum gente nunquam bibisse, scribit Cel. 1.23. c. 24. A. L.

IN SPECIE AB Herbis, Radicibus.

HORATIUS ode 3. Epodon, faceret & copiosè ludit in re rith dicula: nam detestatur alium, tragicèque persequitur, ut virulentius quam aut cicuta, aut viperæ sanguis, aut Canidie veneficæ: aut Medææ, quo tauros sopivit in Colcho, aut Nessi Centauri venenum, quo extrinçit è Hercule.

Demetrius Scepsius 1.5. de Troia apparatu, eos bonam inquit habere vocem, qui sic non utuntur: ac dicendò HEGESIANACTEM Alexandrinum historiarum scriptorem, à principio, cum esset pauper, tragicum fuisse asserit, & aptum ad fingendum, atque sonorum, qua intra decem & octo annorum spatium sicut non gustasset. Athen. 1. 3. c. 3.

Oleo. Solebat esse magnus olei usus in AQUILONARIIS tegnis, & lucrosus quævis mercatoribus: donec quidam novitatis cupididixerant populo, quòd Hispani lavarent suos leprofos in oleo, ideoque nequaquam eò vescendum. Illisque creditum est, nec quinquam amplius oleum ab illis emere voluit. Utuntur ejus loco in obsoniis vituli martini pinguedine. Olaus 1.20. c. 7. Septem. regiorum.

Animalibus.

A ATLANDES Africa populi, nullo animante vescuntur. Herodot. lib. 4.

Ophiomachus, id est, Orphicam vitam Plauto lib. de Legibus sexto dixit, à laxi sanguinolentique dapius putam. Hujusmodi siquidem vitæ rationem ORPHEUS instituisse videtur, ut non solum sanguine pecudum non inquinarent aras deorum, verum ne vesci quidem ullius animantis carnis sustinerent: sed libis ac frugibus melle conspersis facta facerent, nec aliis ipsi vescerentur. Videtur Orpheus hoc conatus apud Thracas, quod PYTHAGORAS tentavit apud Jonios, NUMA apud Romanos. Erasim. in Adaz.

Philochorus legem apud ATHENIENSES sancitam fuisse dicit, ne quis agnum comederet: quia animalis hujusmodi species aliquando apud eos penè defecerat. Athen. lib. 1. c. 4.

Alcibi in mensam vitulos admisisse, summum cenetur scelus. Nam & Imp. Valens ORIENTI dixerat, Ne quis vitulinam estasse carnem vellet, dum agriculturalioni consulum cuperet. Cel. lib. 28. c. 2. A. L.

Animalibus.

FINIS ABSTINERE

VOLUNTATE. CAUSA

Religionis.

Vide infra PARAG. Abstinentia religiose, item Tit. Superstitionis, in cibo.

De hac sub Valerianus cura.

Atheneus lib. 8. tradit, TERESIONEM primum præcepisse de astrologia, editis regulis, per quas liqueret, à quibus esset abstinentium, quibus contra vescendum: inter quas erat & hæc de refectum, à quibus, à quibus. Addit, testudinis carnem, si modicè edatur, ventris tormina facere: rursum si copiosè, lenire.

NECESSITATE. VEL

Interma. Nempè propter averfationem cibi. De qua sub Appetitione averfante cibos. Titulo Cibos.

PETRUS Aponensis, Conciliator vulgò dictus, à lacte ita abhorrebat, ut ne illud quidem comedentes sine nauca ferre posset, teste Joan. Math. Gardense.

Bartholomæi Marantæ PATER, alienissimus fuit ab esu leporis, & conjucumque generis volatilium. Testis Maranta lib. 3. Methodi cognov. simpl. c. 12.

ISABELLA Ferdinandi Catholici, regina Hispaniæ, vinum non modò non bibit unquam, fed ne gustavit quidem: & propter aquam laxantem stomachum plerumque ciborum plus capebat. Marinus lib. 1. rer. Hispan.

CONRADUS Huoer rusticus Tomacensis in Turgovia, auleres insignis, à primis inconvallibus ad annum ætatis LX. quo obiit, pulmentis tantum ex farina cum lacte vel aqua confectis usus est: si mica panis vel aliud quid pulmento clam immisceretur, per vomitum rejiciebat. Abhorrebat etiam à crudo lacte. Ciborum quidem odorem ferre poterat dum ne deglutiret. Vinum autem ex ovis & pyris instar aliorum bibeat. Basilii Lucii hypomnema.

Extrema. Propter vim aliquam, alimenti copiam subtrahentem. Cujus exemplum sub Fami Titulo non pauca erunt.

ABSTINENTIAM ALIORUM FOVERE, EXCITARE, PROMOVERE.

Quere in Loco de Temperantia.

ABSTINENTIA CIBORUM CERTORUM HONESTA.

A QUIBUS ABSTINERE à CARNIBUS, ANIMALIBUS.

Primi illi humani generis parentes ADAM & EVA, quandiù in paradiso fiseri, alorum fructibus aliti sunt. Ejecti quoque, non nisi pomis, oleis, frugibus vescerant, & aquæ frigidæ potu. Carnium verò & vini usus ad diluvium usque tempora dilatus est, id est, post duo milia & ducentos quadraginta duos annos à mundo condito. Marul. lib. 4. c. 2.

L. B. Theat. vite Human. Tom. 1.

ISRAELITIS, quibus animalibus vesci interdictum fuerit, E pete ex c. 11. Levitici, & Deut. 11.

ISIDEM Dominus interdixit adipe bovis, ovis, capræ, ne eo vescerentur. Sanguine quietiam quoquecum, Qui fecus fecisset, ut is de suorum numero tolleretur. Levitici 7. Sanguine is vesci nefas est, sed eum humi fundere jubentur, ne cum sanguis sit anima, animam cum carne comedant. Lev. 17. & Deuter. 12. Nervo contrahente, qui est in cavo femoris, non vescuntur: quoniam in eo perficitur fuit cavum femoris Jacob Patriarchæ, dum ludaretur cum Angelo. Genes. c. 32.

JUDÆOS carne suilla ex legis præscripto unicè abstinauisse, notum est. De quibus sic Plur. lib. 4. Quæst. conviv. 5. scribitur Carnem suillam abominari & defugere Judæi videntur: quòd omnium maxime barbari vitiliginis albas & lepras odere, ac contagione hujusmodi morbos depaici existimant homines. Porcum autem sub ventre lepra scatenent & scabiè pustulis videmus: que quidem, vitioso corporis habitu exorto ac tace, infestare videntur hæc animantes. Quietiam hujus pecudis in victu spurcicies cum pravitate quodam est conjuncta, quando nullam aliam ita capi luto ac locis fordidis & impuris cernimus, si discessemus ab illis, que originè & indolem ex his ipsis trahunt. Oculorum etiam prædicant porcorum ita reflexam aciem esse atque dejectam, ut ré nannquam ullam supernam percipiant, neque suspiciant cælum, nisi respinatorum interve pupillæ fuerint. Hinc quavis maxime sit hoc animal clamor, conquefere tamen ita locatum, ac silere, trepidatione ex insolentia cælestium, metuoque majore regressum à clamore. Addit post hæc ex ignorantia profectam calumniam. Quòd fit etiam alleganda sunt fabule, à sue Adonium fama est exanimatum fuisse. Adonium autem non alium quam Libertum patrem judicant esse (quem illos lingua in Sabbum appellare, eidemque sacra facere, insigni mendacio alibi scribit) quod multa cætemonia, que in sacris utriusque adhibentur, confirmant.

Vide de Porcis in Listera P.

MACHABEA cum septem filiis, & ELZEARUS, sub Antiocho, porcinas carnes gustare noluerit. 2. Mach. 6. & 7.

DANIEL Judæus, cum sociis in regia Nabuchodonosotis educatis, ne sese regis cibis coinquinarent, ab Malafar spadonum magistro contenderunt, ut legumina tantum sibi darentur. At ille itam regis se vereti dicebat, ne ex facie illorum abstinentiam deprehenderet. Periculum tamen fecit, & per decem dies solis leguminibus eos pavit. Quibus exactis, apparuerunt & forma lactioris, & corpore pinguioris, quam ulli juvenum, qui regio victu utebantur. Itaque Malafar in posterum, cibi vini que demento iis detractò, legumina dedit. Dan. 1.

TOBIAS in Ninive urbe captivus, nunquam Gentilium escis inquinatus est, semper legitima alimenta servavit. Marulus lib. 4. c. 3.

Iosephus lib. 13. & 18. Amiq. ubi describit sectas Judæorum, ESSENOS fert ad cælum laudibus, propterea quòd ab uxoribus & vino, & ut Hieronymo placet, à carnibus semper abstinerent.

Scribit in Antiquitatum libris Dicaarchus, Saturni tempore, carnis rejectis, HOMINES frugibus ac pomis vesci solitos. Triptolemi præcepta circumferuntur ita: Honorandos parentes, venerandos deos, carnibus non vescendum. Carnium esum carne detestatur Orpheus. Cel. 1. lib. 28. c. 2. Antiq. Lett.

BRACHMANES Indorum philosophi nihil animati edebant. Euseb. lib. 6. de Prep. Evang.

Indorum MAGI, ad Solis sacerdotium evecti, carnis abstinerunt penitus. Alex. ab Alex. lib. 4. c. 7.

Herodot. lib. 1. BABYLONIOS piscibus olim tantum victitasse dicit.

PYTHAGORICI, animalium esu, sed maxime piscium, abstinent. Ad hunc se adiungunt sexcenti: licet Athenæus Lycosis testimonio Pythagoram animatis victitasse probet, & Philoxeni musici Cel. 1.4. c. 11. Plur. Conv. 9. 8. 8. duplicem assert causam: part è primò, quòd res cù injustitia conjuncta videretur, persequi, occidere, vorare animal, quòd ipsa natura nullo pacto lædat hominè, aut lædere possit. Deinde quòd non ad necessitatem, sed ad luxum, supervacaneamque gulæ voluptatem pertineat piscium esus. Hinc esse, quòd Homerus fecerit, non Græcos solum, cum circa Hellepontem mistiferent, à piscibus abstinentes, verum etiam Phæacæ ipsos, alioqui hellonones. Ne procis quidem luctonibus marinum opotonium appoitit, cum utriusque insularis essent. Nam apud

B 4 los